



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 24. Episcopi Illyrici Papæ consentiunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

dia pars anni sequentis præteriisset, nam in excusationem obtendebat hyemis rigorem, & longum iter. Id videmus ex Epistola ad Papam, quam eis ferendam tradidit, 17. Kal. Aug. Petro Consule, id est, 16. Jul. 516. Epistolam alteram eis commisit ad Senatum Romanum, quem rogat, ut Regem Theodoricum, & Papam ad procurandam Ecclesiæ Pacem hortetur. Senatus datis litteris Imperatori respondit, Pontifici Pacem unice in votis esse, eam vero sperari non posse, quamdiu nomen Acacii non deleatur. Papa, omissa de Acacio mentione, idem ferme respondit, nec opus sibi esse Senatorum hortatu, quippe se sponte ad pedes Imperatoris prostratum Pacem Ecclesiæ enixe orare.

Sæculum VI.

A. C. 516.

p. 1439.

1437.

ep. 6.

### §. XXIV.

#### *Episcopi Illyrici Papæ consentiunt.*

Eodem tempore, quo Ennodius, Fortunatus, & ceteri Papæ Legati Constantinopoli versabantur, aliqui Episcopi Catholici ex Illyrico etiam aderant. Anastasius Imperator quatuor eorum praecipuos Laurentium Lignidanum, Alcysonem Nicopolitanum, Gajanum Naissenum, & Evangelium Paulitalensem ad se adduci jussit, & ad Exilium damnavit. Alcyson relicto Schismate redierat ad Communionem Ecclesiæ Romanæ, & Fidem

Epist. Syn.

to. 4. Conc. p.

1440. Mar-

cell. Chr. an.

516. Hor-

misd. ep. 18.

ap. Evagr.

III. c. 31.

Sæculum VI. Fidem Catholicam, & exinde ferventis.  
A.C. 516. simis ejusdem Defensoribus adnumera-  
 tus est. Id ex Epistola, quam Monachi  
 Palæstinæ Catholici de Turbis Ecclesia  
 Orientalis sub idem tempus ad eum de-  
 derunt, cognoscimus. Evangelius, &  
 alius Episcopus, cui nomen Domnion,  
 illico ad suas Ecclesias remissi, quod Im-  
 perator militum Catholicorum in Illyri-  
 co iracundiam pertimesceret. At Lau-  
 rentium Lignidanum Constantinopoli  
 quasi in Exilio retinuit, quem etiam ad  
 Regiam non nunquam accersebat, ubi  
 Laurentius Episcopali vigore Fidem Ca-  
 tholicam propugnans, Imperatorem co-  
 ram Proceribus suis saepius convicit. Ad  
 suos deinde dimissus obiit octogenarius.  
 Alcyson, & Gajanus Constantinopoli  
 diem clauerunt.

*Theoph.an.  
25. Anast.  
p. 129.*

Dorotheus Episcopus Thessalonicensis, Imperatorem metuens, Timothei  
 Constantinopolitani Communionem am-  
 plexus est. Econtra quadraginta Epis-  
 copi ex Illyrico & Græcia in Concilio  
 congregati datis litteris professi sunt,  
 quod a Communione ejus, etiam si Metro-  
 polita ipsorum esset, discederent, mis-  
 runtque Romam, qui nomine omnium  
 cum Papa communicarent. Aliorum  
 ex Illyrico Episcoporum litteras nullas  
 habemus nisi illorum, qui in antiqua E-  
 piro degebant, eorumque Metropolitæ  
 Joan.

Joannis Episcopi Nicopolitani, qui Alcy-Sæculum VI.  
soni successerat. In illis primo legitur A. C. 516.  
Epistola Synodalis, qua Papam de Ordi-  
natione Joannis certiorem faciunt. His <sup>Episcopi</sup> Illyrici.  
Episcopi octo subscripserunt. Deinde  
ponitur Epistola Joannis privata, in qua *Synod.*  
affirmat, se quatuor Concilia Generalia <sup>p. 1440.</sup>  
recipere, atque Dioscorum, Timotheum  
Elurum, Petrum Mongum, Acacium, <sup>p. 1438.</sup>  
Petrum Fullonem, anathematizare, item  
Epistolas S. Leonis recipere, rogatque  
Pontificem, ut amplius edocere vélit,  
quid sibi circa hæc observandum facien-  
dumque.

Hormisdas Papa Joanni Nicopolita-  
no & Concilio ejus respondit; illis, qui  
Ecclesiæ reconciliari cuperent, nomina-  
tim damnandos esse Nestorium, Euty-  
chen, & Acacium, scilicet non Hæresis  
Auctores modo, sed etiam Sectatores,  
secundum commentarium, quem per  
manus Palionis Ecclesiæ Romanæ Sub-  
diaconi ad eos misit. Huic Subdiaco-  
no etiam commisit mandata sequentia:  
*Postquam Nicopolim perveneris, & Epis-* <sup>p. 1444.</sup>  
*copus Epistolas tuas acceperit, cura, ut*  
*sua Provinciae Episcopos convocet, & Li-*  
*bello, qui bis litteris junctus est, subscri-*  
*bere jubeat. Si dicat, Episcopos convo-*  
*cari non posse, mittat vobiscum aliquos,*  
*qui ad singulos Episcopos proficiantur,*  
*& singuli vobis præsentibus subscribant.*  
Epi-

Sæculum VI. Epistolas nostras publice recitari curabitis, quod si facere timore impediantur, saltem ipsi Clericis suis prælegant, utrum facere velint, optionem habeant. Subscribentium deinde Nomina, & Joannis Metropolitæ ipsorum ad nos afferetis, & nullib[us] moras trahetis, ne incidatis in Adversariorum insidijs. Epistolæ istæ ad Episcopos Epiri Mense Nov. anno 516. datæ sunt.

## §. XXV.

*Epistola Papæ ad S. Avitum  
Viennensem.*

*Avit. Ep.to.  
4. Conc. p.  
1445.* **H**ormisdas Papa anno superiore 515. ad S. Avitum Episcopum Viennensem dederat Epistolam, ut Conversionem Provinciarum Dardaniæ, Illyrici, & Thraciæ, notam faceret, & adversus Schismaticorum fraudes præmuniret. S. Avitus non ignorabat, Ennodium a Papa in Orientem missum, credebatque, & alteram Legationem illo abiisse. Nec multum aberrabat, quippe Legati accincti jam itineri erant. Ut hujus Legationis eventum disceret, Alexium Presbyterum, & Venantium Diaconum totius Provinciæ Viennensis nomine Romam misit, quia Græci reconciliatos se cum Ecclesia Romana jactabant. Epistola eius Tertio Kalend. Febr. Agapito Consule,